



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

IX. Venditio de seruo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

de alio latere & fronte terra illius;
vnde accepi à te pretium , in quod
mihi bene complacuit valens sol-
tantos, ita vt ab hodierna die quic-
quid de supradicta re facere volue-
ris liberam habeas potestatem, sal-
uo iure ipsius sancti. Et si fuerit, aut
ego ipse aut ullus de heredib. meis,
vel quelibet persona, quæ cōtra hāc
venditionem aliquam calumniam,
vel repetitionem generare præsum-
pserit, contra cui litem intulerit sol.
xv. componat, & hæc venditio fir-
ma permaneat.

IX. VENDITIO DE SERVO.

Magnifico fratri illi , ego ille.
Constat me tibi vendidisse,
& ita vendidi seruum iuris mei no-
mine illum, non furem, non fugiti-
uum , sed sano corpore bonisque
moribus constructum. Vnde acce-
pi à te pretium , in quod mihi bene

complacuit valens sol. tantos. Ita vt
ab hodierna die, quicquid de supra-
dicto seruo facere volueris, liberam
habeas potestatem. Et si fuerit, aut
ego ipse, aut vllus de heredibus
meis, vel quælibet persona que con-
tra hanc venditionem aliquam ca-
lumniam vel repetitionem genera-
re præsumperit, contra cui litem
intulerit sol. lx. componat, & hæc
venditio firma permaneat.

X. V E N D I T I O D E S E M E T -
*ipso, qualiter homo liber
venundetur.*

D Omino semper meo illi, ego
ille. Placuit mihi vt statum in-
genuitatis meæ in vestrum debe-
rem obnoxiare seruitium: quod ita
& feci. Vnde accepi à te pretium, in
quod mihi bene complacuit sol.
tantos, ita vt ab hodierna die, quic-
quid de me seruo tuo, sicut & de re-